

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

De medicina coagulante argentum vivum. Cap. XXIV

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

ex hujus generis medicinæ ordinis administratione dependet. Quantum vero ex tertii non perveniente administratione aliqua, perficit in projectione sola. Solaris vero hujus secundi ordinis medicina imperfectorum & cujusque corporum est eadem materia, & administrationis eodem regimine communicans. In hoc tamen differentiam habet, scilicet in majori partium per modos proprios subtiliatione, atque sulphuris, subtili præparationis, regimine administrati, commixtione cum materia modo nota additio. Et est regimen, scilicet ipsius purissimi sulphuris fixio & solutio ejus per modum. Cum hoc enim tingitur medicina: & cum hoc projecta super unumquodque à perfectione diminutorum, complet in complemento solari; quantum ex hujus secundi ordinis medicinæ præparatione dependet, administratione perveniente nota & certa, à perfectione diminuti corporis. Et super Lunam quoque projecta, perficit eam in complemento solari peculiarioso multum.

*De medicina coagulante argentum
vivum.*

C A P. XXIV.

Secundum igitur præmissorum ordinem restat ex operis complemento, quod in primis

primis nos determinaturos exhibuimus; ad
medicinæ argentum vivum coagulantis
ipsam narrationem transire. Dicimus igitur
quoniam ex eisdem illius elicitur ma-
teria : scilicet ex noto in capitulis hujus
operis multiplicibus. Et illud ideo : quoniam
cum fugitivum sit argentum vivum
de facili absque inflammatione, aliqua me-
dicina eget, quæ subito ante fugam ejus, in
profundo illi adhæreat, & illi per minima
conjugatur, & illud inspisset, & sua fixio-
ne illud in igne conservet ; quousque ad-
veniat illi majoris ignis tolerantia ejus
humiditatem consumentis, & convertat il-
lud per hoc beneficium in momento in so-
lificum & lunificum verum, secundum il-
lud ad quod medicina fuerit præparata.
Cum igitur non invenimus aliquid magis
illi convenire quam ipsum quod suæ natu-
ræ est : Ideo per hoc æstimavimus cum eo
medicinam illius complere ; & ingeniati
sumus formam medicinæ illi per ingenia
præstare. Et est scilicet ut præparetur cum
modis suis jam dictis cum diurnitatis la-
boris instantia: qua omnis illius substantia
purissima, alba quidem in Luna ; citrina
vero intensa in Sole perhibeatur perfecte.
Et hoc quidem non completur ut citrinum
creet, sine mixtione rei tingentis illud, quæ
suæ est naturæ. Dehinc vero cum hac pu-
rissima argenti vivi substantia perficiatur,
cum

cum hujus magisterii operis ingenis, medicina, quæ maxime argento vivo adhæreat, & fundatur facillime, & illud coagulet. Convertet enim hoc in solificum & lunificum verum, cum præparatione illius præhabita. Sed ex quibus maxime hæc argenti vivi purissima substantia elici possit, solet quæri. Et nos quidem respondentes narramus quod in quibus est, ex illis elicitur. Est autem tam quidem in corporibus, quam & in ipso argento vivo secundum naturam, cum unius sint reperta natura. Sed in corporibus difficilius, in vivo autem argento facilius. Igitur cujusque generis sit medicina, tam quidem in corporibus quam in ipsius argenti vivi substantia, lapidis preciosi indagatur medicina. Sed quoniam contingit quandoque medicinam commisceri, quandoque vero non: ideo modum permiscendi narrabimus; scilicet qualiter unaquæque res in corpus profundissime ingressum acquirat, aut unaquæque medicina non intrans. Et est modus per dissolutionem ejus quod ingreditur, & per dissolutionem ejus quod non ingreditur, & per commixtionem ambarum solutionum. Facit enim ingressivum esse omne illud cujusvis generis, quod illi per minima conjungitur. Hoc autem per solutionem completur: Et completur per solutionem fusio in rebus non fusibilibus. Et ideo

ideo magis apta sunt ingredi & alterare. Et hæc ideo est causa, quare quasdam res calcinamus, quæ non sunt de natura harum, scilicet ut melius solvantur. Et ob hoc solvantur, ut melius ab eis corpora impressionem suscipiant; & ab eis similiter per hæc præparentur & mundentur. Aut ingressum datus his quæ sua spissitudine ingredi non permittunt cum multiplici sublimationis reiteratione spirituum non inflammabilium super illa, arsenici videlicet & argenti vivi, non fixorum, aut cum multiplici reiteratione solutionis ejus, quæ ingressum non habet. Est tamen bona cautela ad ingressum rebus impermiscibilibus danda, ut solvatur corpus: de cujus intentione sit per has mutari & alterari, & solvantur res, quarum intentionis sit ingredi cum alteratione. Non fiat tamen omnium partium solutio, sed quarundam. Dehinc illud & non aliud, imbibatur corpus vice post vicem. Per hoc enim beneficium in id solum ingressum habet necessario: non autem in quocunque alio corpore necessario hoc contingit. Ex his igitur modorum ingeniis necesse est rem quamlibet ingressum, quo ex illius naturæ pendet beneficium, habere, & alterare cum permixtione inventa. Per hunc igitur sermonem decem medicinarum completur numerus cum suæ traditionis sufficientia.

Restat

Restat igitur nos ad tertii ordinis medicinam transire.

De medicina tertii ordinis.

C A P. XXV.

ESt autem hujus ordinis medicina duplex, scilicet solaris & lunaris. Et est tamen in essentia una, & agendi modus similiter. Et ideo unica medicina nuncupatur à nostris veteribus, quorum scripta perlegimus. Est tamen additamentum citrinantis coloris qui à sulphuris fixi mundissima perficitur substantiâ, differentia inter hanc & illam, lunarem scilicet & solarem: Hæc quidem id in se continet, illa vero non. Est tamen hic ordo tertius majoris operis ordo appellatus: & illud ideo; quoniam majoris sagacitatis industriâ in illius administratione & perfectionis præparatione, & labore longiori ad veritatis complementum indiget: Et ideo non diversificatur hujus ordinis medicina, à secundi ordinis in essentia ullatenus; nisi per subtilissimos præparationis gradus in creatione illius, & per diuturniorem laboris instantiam. Et hos gradus omnes narrabimus cum complemento sermonis. Et præparationis modum complete cum causis suis & experimentiis manifestis: & modorum gradus administrationis plures hujus tertii ordinis.

Alio